officio illibentius adhiberi, nullius ab hinc gratiâ fidem subi-
turum, non si affinis fuerit aut frater. Pro te si quid præs-
titi non poenitet aut poenitebit, quamdiu amare me perges
qui eruditionem tuam diligo æque atque admirandam censeo.
Vale. Hagæ 25° Jun: 1627.

Itinerarium cum epigrammate
tuo recepi et sæpius elocare ampliorem
sortem velim, si vel talis usuræ
spes detur.

C Hugenius.

(81).

Barlæo.

Vix a me discesseras, Barlæe doctissime, ut oblatâ scribendi
occasione, manum calamo admovi, et parum tui memores
Britannos quâ decere visum est comi severitate compellavi:
ut scilicet quæ inter illum Regem et Rempublicam nos-
tram super jure Legationis nata contentio esset, privato
saltem tibi non obstaret, cui cum Republica nihil commu
de omni gente
vindices ac
meâ opinione
ei futures eventus
es amicorum
illuserint, quod
me concepisse
ttas. Adeo
m, id est exigu
otium publicè
contigit. Redit
lus magnorum
grinarentur suâ
non locorum
rerum, quæ ab
ritissimo Legato
virorum Principum
gesta fuerint.
historia magis
minisse juvabit
nam reperisse te
n poeniteat. Vale

Oldesworthio.

19a (88).

Siquidem fieri per Musas potest, Oldesworthi Clarissime
uti Bartei amplius nullo modo non recordemini; qualis
ille et quantus sit, recentia hæc scripta ni fallor, abundè
testabuntur, quorum alterum de Eqno, hoc ipso die
mirabili autor attulit. Cum verò tui etiam, et nescio
quorum aliquando promissorum Te Mercurio, ab ore ~~Tuo~~
vestro perlatorum mentionem ità ferè injecisset, ut
ij solent quos arcta domi res, et illud fatale litterato-
rum infortunium, tam aureorum verborum obli-
visci non sinit. Convolavi illicò ad hunc calamum
quo si quid mediante Lucelli viro meritissimo obve-
nerit, scito. Oldisworthi Humanissime, nihil te
virtute tuâ affectum dignius unquam esse, nihil
affectu illo, quo et tu Musas, et ille Te complectitur.
Nihil denique cujus tibi gratia obstrictissimum
nomen haberi malim, qui cur ità pridem habear
non unam causam libentissimè agnosco. Vale
Vir Doctissime, et nos ama. Hagæ Com: – – Aa
Maij. 1627.

C Hugenius

…lesworthio.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 45, fol. 19a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/353